

Sone socius, & extuc per omnia indiguum comes primo miraculo quod per manum eius fieri uidit: praedictum ger manum eius affuisse Guidonem. Erat enim eis tristis per castrum. Nantonis, in territorio senorum: & iuuenis qui dam cuius pedem fistula occupauerat: praedicti patris Bernardi, tactum & benedictionem cum multa supplicatione petebat. Signatus autem statim conualuit: & post paucissimos dies regredi per idem oppidum, sanum cum atq[ue] incolumen inuenientur. Ceterum sepe dictus beati uiri frater, ne ipso quidem poterat compescere miraculo quomodo increpareret eum, & presumptious argueret, quod acquererit tangere hominem: tanta siquidem charitate pro consolitione erat.

GVm autem aliquantum in Claraualle tempus uir domini Bernardus expleserat: contigit uiru nobilem, ipsius secundum carnem propinquum Iosbertum de Firmitate, qd est oppidu pixinu Claraualensi monasterio grauiter infirmari. Qui subito praeoccupatus: amissus penitus intellectum pariter & loquela. Vnde & filius eius Iosbertus junior, & omnes amici simulo eo magis afflidgebantur dolore, quod sine confessione & usitato uir magnificus & magnificus honoratus obiret. Cucurrit nuncius ad abbatem: neq[ue] enim tunc in monastério erat. Venit: & inuenit cum iam triduo sicut acutem. Cō passus autem homini: sed & motus lachrymis filii eius, & si mul lugentium ceterorum, confusus de misericordia dei, sermonem magnificum protulit eis dicens. Notum est uobis quod homo iste in pluribus grauauit ecclesias, oppres sit pauperes, offendit deum, si nihil creditis ut ecclesiis relituntur ablata, & usurpat in grauamen pauperum coniunctudines dimittantur: & loquetur adhuc & suorum confessionem faciet delictorum: diuina quoq[ue] suscipit sacramenta deuotus. Miratur omnes, & tatur filius, familia omnis exultat: quicquid praecepit homo dei firmiter ei promittitur, & impletur. Verum frater eius Gerardus, & Galdricus auunculus, qui erant cum eo non parum terribili & turbati, secretius cum super tali promissione conueniunt: durius arguit, ac iuri inueniuntur. Quibus breuiter similes responderet: facere, inquit, potest facile deus, qd difficile credere nos potestis. Itaq[ue] post secretam orationem: ad oblationem sacrificii immortalis accessit. Quo offerte, nuncius superuenit, qui indicaret præfatum Iosbertum libere iam loquenter: rogare obnoxius, ut uir dei festinaret ad eum. Cui post oblatum sacrificium uenienti cum lachrymis & gemitu peccata confessus, diuina sacramenta suscepit: & duobus aut tribus post hæc debus uiuens & loquens, ea maxima que præcepérat abbas sanctus constituit sine ulla retractatione seruari. Sed & disposuit domini sue, & elemosynas dedit: & sic demum christiano more in bona spe misericordiae dei anima exaluit. Et hoc quidem signum in manu ferius sibi efficit Christus mundo celebre.

Circa idem tempus accidit, ut auunculus eius Galdricus, qui zelo pia sollicitudinis eius manus suetudinem (sicut prædictum) duris increpationibus obrubebat: grauissimus febris labore ract. Demum ingrauescente morbo, ipsa doloris magnitudine superatus, abbatem humili supplicatione compellet, ut sui misereatur: & opem sibi ferat quam ceteris consuet. At ille cuius spiritus super mel dulcis, primum leniter breuiterque commemorans crebas super huiusmodi obiurgationes ipsius, & imponens ei ne forte haec dicere tentans cum: peritenti tamen manum imponit: & sebrem abscedere iubet. Nec mora ad imperium eius reliquit cum febris: expertum in semetipso qd in ceteris arguebat. Idem quoq[ue] Galdricus cum in Claraualle aliquantos iam percossisset annos: seruens spiritu, & totius boni exemplarum ex hac luce migravit. Qui ante unam serem horam turbatus ad momentum, & toto corpore terribiliter motus infrenuit: sed ad pristinam statim seruacatem iersus, multu deinceps

placidissimo expirauit. Noluit autem dominus sollicitum abbatis animum, huius rei cognitioe fraudari. Si quidem post aliquot dies idem Galdricus apparet ei in uisu noctis, cum omnia erga se prospera esse sciscitanti respondet: & in magna scse gratularetur felicitate locatum: demum interrogatus quidnam sibi noluit tam acerba illa in morte tamq[ue] repetita commotio. Diccbat autem qd ea hora duo spiritus nequam, uelut in puteum horrende profunditatis cum præcipitare pararent, unde territ ita contremuit: sed beato Petro occurrente eruptus, nihil sensit deinceps laetionis.



Ongum esset cuncta narrare quæ super his qui ex hac uita discesserant, & corum felicitate, seu etiæ necessitate, diuina ei gratia reuelar ab ipsis unitis consueuit. Vnum tamen ex eis fuit: quod ob fratrum commonitionem, aliquoties etiam ipse pater commemorare solebat. Frater quidam bone intentio nis, sed durioris erga ceteros fratres conuersationis, & minus compatiens quam debet in monasterio defunctus est. Post paucos autem dies uero dei apparuit, multu lugubri & habitu miserabilis: significans non ad uotum sibi cuncta succedere. Interrogatus autem ab eo quid sis est: quatuor dilaceratis scle traditum querebatur. Ad quod uerbum continuo impulsum est: & quasi præcipitanter expulsus a facie uiri dei. Qui grauius ingemiscens: post tergum eius clanauit. Precipio, inquit, tibi in nomine domini: ut qualiter tecum agatur in proximo mihi iterum innotescas. Et conuersus ad orationem pro eo & oblationem hostis salutari: aliquos etiam fratrum quorum ampliorem nouerat sanctitatem, eisdem subuenire monebat. Nec uero decessit: donec sicut præcepit, rat aliam reuelationem cognita eius liberatione meruit consolari.



Nfirmabatur aliquando ipse uir dei: & uelut rarus quisdam elegiatis incessanter ab eius ore fluebat. Vnde exhausto corpore, uisquequa que deficiens paulominus ad extrema deuenit. Conuenerunt itaq[ue] filii & amici eius: uelut ad exequias tam patris. Cumq[ue] extrellum iam trahens spiritu uideretur: in excessu mentis, ante tribunal domini sibi uisus est presentari. Affuit & latihan: ex aduerso improbis cum accusacionibus pulsans. Vbi uero ille omnia fuerat prosecutus, & uiro dei pro sua fuit parte dicendum: nihil virtutis aut turbaratus ait: Fator no sum dignus ego: nec proprijs possum incitis regnum obtinere celorum. Ceterum, duplice iure illud obtinens dominus meus, hereditate scilicet patris, & inerit passionis: altero ipse contentus, alterum miseri donat: ex cuius dono iure illud mihi uendicans, non confundor. In hoc uero confusus inimicus, conuentus ille solitus: & homo dei in se reuersus est. Cumq[ue] ex hoc magis dissolusionem sui corporis immanciperaret: usio altera longe dissimilis est secura. Siquidem uelut in littore quodam positus: uidebatur sibi nauem quæ se transuheret expectare. Cumq[ue] applicuisset nauis ad litus, festinabat ingredi: & illa ecclens impingebat in aquam. Vsq[ue] tertio ita faciens, tandem relicto eo nauis ibat: & non reuertebatur. Intellexit autem protinus nequum tempus suæ migrationis adesse. Adhuc tamen crescebat dolor, coutiq[ue] magis molestus: quo minus iam cum spes imminentis exitus solabatur. Contigit autem aduersus perisse ceteram die, ut ceteris fratribus fixta confutudinem accedentibus ad lectioem collationum: solus abbas cum duobus fratribus sibi assistentibus remaneret in diuersorio in quo iacebat. Cumq[ue] ucheinente affligeretur, & super uires dolor excreceret: aduocans alterum e duobus iubet citius oratum ire. Excusantem deniq[ue] & dicentem, non sum ego talis orator: obedientie auctoritate compellit. Itum est & oratū ad altaria: quæ in eadē basilica erat tria. Primum in honore beate dei genitricis, duo circuposita in honore beati Lauentii martyris: & beati Benedicti abbatis.

Eadem